SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 124r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



proximum nrm aim et diligimus corpus illi con-
iunctum Quatuor enim ista ex caritate amanda
sunt. Sed primo et super omnia deus Secundo
noster animus. Tercio proximus Sed quarto lo-
co amandum est corpus Magis enim quam corpus nrm
debemus diligere proximum quia pro sua salute si
necessitas se offerat est ponendum. Item propter
seipsum tantum debemus diligere deum. Sed omnia a-
propter ipsum Nota tamen quod corpus nrm sic est aman-
dum Sicut agricola amat granum quod ut mul-
tiplicare illud possit non instrumento illud clau-
dit uel pausare permittit Sed terre ad fructifi-
candum permittit et frigori in nubibus et pluuiis
illud exponit. Nec in aera a tribula ei parcit
sed tamdiu percutit donec perfecte seperatur a pa-
leis. Item sic corpus amandum ut bellator dili-
git clipeum quod ut se aduersariorum ictibus illum expo-
nit. Item sic amare debet quis corpus suum sic
ut miles diligit equum quem pascit et tergit
Sed a calcaribus simul et bellis illi non parcit
ymo recte incedere cogit. Item sic amare debet
quis corpus suum sicut ege membrum putridum cui
non parcit a gladiis Sed sicut saluti totius corporis
expedit incidi permittit quicumque expedire cognos-
cit ut saluari uniuersaliter homo possit Et ad hoc
exponenda laborare non opus est quia exposicio pla-
na est Sed ad omnia sequencia est. Notandum
quod ad caritatem triplex maxime est motiuum Et
est primum nature documentum. Secundum efficax bru-
torum exemplum Sed tercium est commodum fructuo-
sum Natura enim amare nos instruit Exemplum
efficaciter allicit et inducit. sed utile commodum
nos expellit et cogit. De primo motiuo ad ca-
ritatem: xliiij

Primum igitur ad amorem
motiuum est nature documentum uerissimum
quod non potest nullatenus esse falsum. Sed enim ut